



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 23. Successio Patriarcharum Græcorum Constantinopoli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67025)

Sæcul. XV.  
A. C. 1498

ventas asserbat: Infernum etiam negavit, nec Purgatorium admisit, sed Paradisum duntaxat; accusabatur etiam, quod nunquam jejunus sacris fuisset operatus, sed semper prandium sumpserit, antequam celebraret, & prohibitis diebus carnes comederit, nec unquam jejunium observaverit.

## §, XXIII.

*Successio Patriarcharum Græcorum  
Constantinopoli.*

*Zigemat  
Turco-  
Græcia l. I.  
§ 2.*

De Patriarcharum Græcorum Successione nuper memoravimus, Maximum electum fuisse Constantinopolis Patriarcham, qui tamen hoc anno, aut saltem præcedenti ob enorme crimen ipsi objectum sede sua pulsus est. Idem successerat Simeoni, hic vero successus fuit Marco Eugenio, qui ex Patriarchis post captam a Mahomete II. Constantinopolim in hac Sede quintus erat. Demum Maximo a sua Ecclesia ejecto subrogatus est Nyphon Thessalonicensis, uno post anno iterum exauctoratus, eo fine, ut Maximus Serresensis intruderetur, qui sex annis Patriarchatum tenuit: Eo tamen in exilium pulso, Niphon ad suam Ecclesiam revocatus est, quam nonnisi unum annum rexit: talibus enim diffidis Schismatici continuo scindebantur. Postea

Postea Nyphone fatis functo electus est Sæcul. XV.  
A.C. 1498.  
Joachimus Dramasii Metropolita, ætate  
quidem juvenis, ac literarum pene igna-  
rus, ingenii tamen acie, humilitatis lau-  
de, ac morum integritate insignis. Ipse  
in Georgiam contendit, Diæcesin pastorali  
solicitudine lustraturus, ubi etiam per-  
honorifice exceptus, ac præclaris mune-  
ribus auctus, Constantinopolim locuples  
reversus est, ubi etiam extremum diem  
obit.

## §. XXIV.

*Plures errores a Facultate Theologica  
Parisiensi damnati.*

In Gallis nonnulli magicarum artium  
patrocinium arripere non abhorren-  
tes, effutiebant, magiam haud illicitam  
esse, nec prohibitum uti maleficiis,  
proin ea immerito ab Ecclesia damnari,  
cum plurima ex iis bona promanarent.  
Præterea innumeras virtutes Horoscopis  
annexas esse jactitabant: igitur necessita-  
te ad hos errores supprimendos compelle-  
nte, Parisiis facultas Theologica die  
decima nona Septembris anno reparatæ  
salutis millesimo quadringentesimo nona-  
gesimo octavo ejusmodi deliramenta  
damnavit.

Paucis post diebus secunda Octo- Argent. coll.  
jud. tom. 1.  
par. 3. p. 340.  
bris eadem Facultas censuris perstrinxit  
sexdecim propositiones, quas Tornaci in  
Flan-